

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Antichristus g
cum uariis

Non absurde quod ait Apostolus de ipso Romano imperio creditur dictum tanquam dictum sit: Tantum qui modo imperat imperet, donec de medio fiat; hoc est, donec exeat de medio ecclesie misterium iniquitatis quod nunc occultum est. Alius ergo sic, alius sic Apostoli obscura uerba coniectat quod tamen eum dixisse non dubium est, non ueniet ad uiuos et mortuos iudicandos Christus nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius Antichristus. Sed in quo Dei templo sessurus sit incertum est, et utrum in illa ruina templi quod a Salomone rege constructum est an in ecclesia.

Augustinus XX. libro capitulo XIX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Romano imperio] imperio Romano P V¹ V² L¹ L²; tantum qui] tamen quia P V¹ V² L¹ L²;
exeat] creat C; alius sic *om.* (*cor. in marg.*) M; quod] quando P V¹ V² L¹ L²; utrum] uerum
P V¹ V²; rege] regie V¹ V² L¹ L²; XX. libro] libro XX. de ciuitate Dei P V¹ V² L¹ L²